

84. Befreiung der Kapläne von Winterthur von den Pflichten gegenüber dem Landkapitel durch den Generalvikar des Bischofs von Konstanz 1462 September 23. Konstanz

Regest: Der Generalvikar des Bischofs Heinrich von Konstanz erklärt, ihm sei von den Kaplänen der Stadt Winterthur, Diözese Konstanz, vorgebracht worden, dass sie wegen ihrer einfacheren Pfründen nicht der Bruderschaft des Landkapitels Winterthur angehörten und nicht zu den Verhandlungen des Kapitels eingeladen oder zugelassen wären. Dennoch wollten Dekan, Kämmerer und Mitbrüder des Landkapitels ihnen Beiträge auferlegen und sie zur Bezahlung verpflichten. Daher haben die Kapläne den Generalvikar um Abhilfe gebeten. Daraufhin hat er den Dekan, den Kämmerer und die Mitbrüder um Stellungnahme gebeten und vorgeladen, damit er die Sachlage prüfen konnte. Da ihm die Argumente des Dekans nicht stichhaltig erschienen, verfügt der Generalvikar, dass die Kapläne nicht zur Bezahlung von Beiträgen verpflichtet seien, und befreit sie von allen diesbezüglichen Lasten unter Vorbehalt des schuldigen Gehorsams und der Rechte des Bischofs und seiner Kirche. Der Aussteller siegelt.

Kommentar: Niedere Geistliche wie Kapläne wurden von den meisten Landkapiteln der Diözese Konstanz nicht als Mitglieder aufgenommen, vgl. Ahlhaus 1929, S. 184, 193. Ohnehin besaßen sie kein Wahlrecht für die Wahl des Dekans, welcher den Vorsitz der Versammlung der Geistlichen des Dekanats einnahm und ein gewisses Aufsichtsrecht über den Klerus hatte, vgl. Pfaff 1990, S. 239-240. Die Statuten des Landkapitels Winterthur, die der Bischof von Konstanz am 31. Oktober 1399 bestätigte, beinhalten allerdings keine Aufnahmebeschränkungen (STAW URK 331; Edition: Ahlhaus 1929, Beilage, Nr. 4, S. 292-295).

Der Generalvikar von Konstanz beauftragte am 3. Oktober 1473 den Dekan des Dekanats und Rektor der Pfarrkirche Winterthur mit der Vereidigung des Erasmus Stuckli, dem sich die dortigen Kapläne nach der Trennung vom Kapitel unterstellt hatten. Stuckli sollte die Kapläne zum Gehorsam anhalten, bei kleineren Vergehen ihre Einkünfte kürzen und schwerwiegendere Vergehen dem Bischof oder Generalvikar melden (STAW URK 1319; Regest: REC, Bd. 4, Nr. 14064). Wie aus einem Schreiben des Generalvikars an den Schultheissen und Rat von Winterthur hervorgeht, sahen diese durch die Wahl eines Aufsehers über die Kapläne die Rechte und Gewohnheiten der Pfarrkirche und der Stadt beeinträchtigt (STAW AM 177/2; Edition: Ziegler 1900 Beilage 3, S. 94-95).

Anstössiger Lebenswandel und mangelnde Pflichterfüllung seitens der Kapläne führten immer wieder zu Konflikten mit dem Rektor und der städtischen Obrigkeit, vgl. SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 122; SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 152; SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 192.

Vicarius reverendi in Christo patris et domini, domini Hainrici dei et apostolice sedis gracia episcopi Constanciensis, in spiritualibus generalis omnibus presencium inspectoribus noticiam subscriptorum cum salute.

Exhibita nuper nobis pro parte dilectorum in Christo cappellanorum opidi Winterthur Constanciensis diocesis peticio continebat, quod licet ipsi ratione beneficiorum suorum, que simplicia sunt, confratres decanatus capituli ruralis ibidem hactenus non fuerint nec hodie existant neque ut tales ad actus et tractatus capitulares vocari vel admitti consueverint, quinymo ab eisdem tamquam interesse non habentes adusque manserint exclusi. Tamen dilecti in Christo decanus, camerarius et confratres decanatus eiusdem, hiis non attentis, quo nescitur iure fulciti, eisdem cappellanis onera expensarum et contributionum ipsius capituli imponere et attaxare et ipsos ad solucionem impositionum huiusmodi

pro rata constringere de facto moliantur^a in grave eorum preiudicium et dispendium. Cum autem, ut dicta petitio subiungebat, cappellani ipsi in executione et paritione mandatorum ordinariorum semper obedientes fuerint sintque hodie nostre in hac parte declarationi et ordinationi parere parati, eapropter officium nostrum humiliter implorando sibi supplicari fecerunt, de oportuno in hac parte remedio per nos provideri.

Nos itaque de premissis tunc certam noticiam non habentes ac volentes in negotio huiusmodi rite et legitime procedere et nemini in suo iure vel interesse derogare vel preiudicare, per nostras litteras patentes dictos decanum, camerarium et confratres in genere et in specie ad videndum et audiendum nos in et super facto premissis et eius circumstantiis diligenter et summarie informari, et informatione huiusmodi habita et recepta et veritate expositorum comperta ad declarationem et ordinationem nostras in re tali, prout equitas iuris et rationis ordo suaderent et dictarent, per nos rite procedi fecimus et mandavimus in certum terminum competentem peremptorium citari et vocari cum certificatione adiecta, quod nullo apparente legitimo contradictore nos nichilominus ad declarationem et ordinationes nostras huiusmodi prout de iure procederemus, citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante.

In cuius siquidem citationis termino citatione ipsa unacum eius executione coram nobis reproducta et citatorum legitime non comparencium contumacia accusata et in eorum contumaciam ad declarationem et ordinationem nostras super premissis per nos procedi petito, nos, quamvis ex parte capituli memorati illius decanus se ostenderet et plura in medium proponeret, quia tamen eius proposita visa non erant adeo rationabilia, quod processum nostrum possent vel deberent merito impedire, idcirco cognitione summaria et sufficienti in negotio huiusmodi recepta et prehabita et peritorum consilio nobis desuper communicato duximus declarandum et auctoritate ordinaria presentibus declaramus, decernimus et diffinimus cappellanos opidi supradicti, qui sunt et erunt, ad contributiones onerum et expensarum, que per capitulum memoratum fieri contigerit, non teneri neque ad illas per capitulum ipsum invitos constringi debere, eos ab eisdem contributionibus, nisi auctoritate ordinaria ipsis specialiter ex causa rationabili et expressa imposita fuerint, exementes et absolventes ac liberos, absolutos et exemptos nunciantes, obediencia tamen debita ac iuribus dicti domini nostri et ecclesie sue semper salvis et retentis, quibus per premissa nolumus in aliquo derogare.

In quorum fidem et robur premissorum litteras nostras presentes inde fieri et sigilli vicariatus nostri officii iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum Constancie, anno domini m cccc lx ii, die vicesimatercia mensis septembris, indictione [!] decima.

[Taxvermerk unter der Plica:] Recipe i florenum

[Kanzleivermerk auf der Plica:] Johannes Linck¹ scripsit.

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 15. Jh.:] Separacio

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 19. Jh.:] Concernens separationem capellanorum
a capitulo rurale

Original: STAW URK 1068.1; Johannes Link; Pergament, 35.5 × 23.5 cm (Plica: 5.5 cm); 1 Siegel: Generalvikar des Bistums Konstanz, Wachs, spitzoval, angehängt an Pergamentstreifen, bruchstückhaft. 5

Abschrift: STAW URK 1068.2; Einzelblatt; Papier, 30.5 × 22.0 cm.

Regest: REC, Bd. 4, Nr. 12544.

^a Korrigiert aus: molliantur.

¹ Vgl. Schuler 1987, Nr. 796.